



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. liiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

dam esse communionem, eo quod geminauerit scelus.

De illis mulieribus, quæ male conceptos necare studuerint. Cap. LII.

HI verò qui malè cōceptos ex adulterio, factos, vel e di-
 tos necare studuerint, vel in ventre matrum potio-
 nibus aliquibus colliserint, in vtroq; sexu adulteris post se-
 prem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen,
 vt omni tempore vitæ suæ fletibus, & humiliati insistant.

*Ex cōcil.
Hilerdē.
cap. 5.*

De mulieribus, quæ partus suos occultè interficiunt. Cap. LIII.

Mulieres quædam, vt audiuius, quæ ex fornicatione
 concipiētes, metuentes ne scelus quod occultè per-
 petrauerunt, manifestum fieret, infantes quos pepererunt,
 occiderunt, & terræ congerie cooperuerunt, aut in aquas
 proiecerunt. Quod quantum nefas sit, canones Ancirani,
 Hiberitani, atque Hilerdensis concilii, testes sunt. His ita-
 que vix in fine dandam esse communionem decernūt, sed
 humanius tractantes, post decennem pœnitentiam tales
 placuit ad communionem recipi.

*Ex cōcil.
Arelatēf.
cap. 6.*

De eadem re. Cap. LIIII.

De mulieribus quæ fornicātur, & partus suos necant,
 vel quæ agunt secū, vt vtero cōceptos excutiant, an-
 tiqua quidem definitio vsq; ad exitū vitæ eas ab Ecclesia
 remouet. Humanius autē nunc definimus, vt eis X. annorū
 tempus, secundū præfixos gradus pœnitentia largiatur.

De eadem re. Cap. LV.

Si qui infantem oppresserint, tres annos pœniteant: vnū
 ex his in pane, & aqua. Si clericus fecerit, quatuor an-
 nos, vnum ex his in pane & aqua.

*Ex cōcil.
Aurelia.
cap. 10.*

De Sodomitico peccato. Cap. LVI.

Piscopus fornicationē faciens naturalem XII. annos
 pœniteat, presbyter X. diaconus IX. subdiaconus o-
 cto, clericus septem, laicus sex annis pœniteat. Frater car-
 nalis cum fratre carnali fornicationem faciens XV. annis
 ab omni carne se abstineat. Si semen in os miserit, septem
 annos pœniteat, alii dicunt vsq; in finē vitæ pœnitere de-
 bere. Viri inter fœmora fornicantes, vnum annum pœni-
 teat, si iterantes II. Si inter crura fornicātes, si pueri sunt,

*Ex pœni-
tentiali
Romano.*